



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo Plvra Qvam XX. Antiqua monumenta, nunquam edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1602**

XXXIV. De Epileptica Cvrata.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64160](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64160)

quidem pedetentim obambulabat, deinde vero diatima magis magisque proficiens integraliter est curata.

DE EPILEPTICA CV-  
rata.

XXXIV.

**H**EROLDVS quidam ciuis de RATISBONA filiam habuit, quæ morbo epilepsiæ adeo vexabatur, vt quotidie bis vel ter elideretur ad terram. Pro qua dum parentes, per dies triginta continuos, ad sepulchrum sancti viri eam ponderare voluissent impleuissentque quod vouerāt, filia reddita est integræ sospitati, obuiantibus sibi Dei misericordia & vouentium & reddentium veritate. Qui & sancti beneficio respondentes, curatam eandem ob viri Dei sepulchrum, cum vna candela per annos singulos obtulerunt.

DE QVADAM MVLIERE  
multum debili curata.

XXXV.

**M**VLIER quædam ALHAIDIS dicta de TVTEN-  
VVACH, omnium destituta membrorum of-  
ficijs, viro Dei ad censum nummi vnus  
annis singulis se deuouit. Nec mora, quæ om-  
nium membrorum vsu caruerat, omnium membrorum  
gauisa est se vsui restitutam.

DE QVODAM VVLNERATO  
sanato.

XXXVI.

**D**VO quidem Satellites simul erant ad pranden-  
dum, & capta præda quando diuidunt spolia  
tales, coeperunt mutuo corrixari; vno accusan-  
te quod minus sexaginta denarijs recepisset, alter propter  
domini